

Jam demum ob insignes, quibus sanitatem promovet, do-
tes, dignis mactatur laudibus, immortalia vorum odio emersa.
Ea enim verum chyli fermentale condimentum nobilissimum,
totique corpori ad omnis generis corruptelas atcendas con-
cessum balsamum. Eam quoque cum tugurio, quod hospi-
tatur, consideratione nostrâ dignabimur. Diversorium ejus
communiter vocatur.

I. *Vesicula fellea*, κύστις χοληδόχη, χερίου θητῶν πατέρων
Hippocrati. Habet annexum porum choledochum meatum, hepaticum. Duplex hæc cystis fuit observata, teste *Riolano*.

II. *Situs vesiculae*: Supposita est ea hepatis, ejusque lobo majori versus partem inferiorem affixa, & media sui parte veluti immersa, extra parenchyma jecoris propendens. In hoc situ suo nonnihil communicat contactu cum ventriculo & intestino colore propè transseunti: unde hoc colore suo tingit, & ad excrementorum expulsionem proritatem; istum autem dum accessa est bilis, ad vomendum excitat, adeoque calefacit, ut interdum ardorem conciliat.

Plempius vult, quod hic vesiculae situs angustus inter ventricum, coloni & jecur in caussa sit, ut iis, qui ventriculo pleno ad mensas sedent, incurvatoque nonnihil corpore, legunt, scribunt, vel aliquid aliud agunt, oris amaritudinem & cordis rosionem observiculam isto situ compressam incurvant: quod malum peritores usu edocti corrigere studeant, studiisque vel stando, vel corpore minus inclinato operam navent. Verum frustaneus est iste metus, è sinistrō avofum de bilis in microcosmo pernicie judicio prognatus. Natura hunc folliculum datā operā jecetis abscondit lobis, quod leviter tum ab iis, tum à ventriculi satiati tumore pressus bilem deponeret, & in tempore chylo condimentum summè necessariū ad intestina ablegaret.

III. *SUBSTANTIA* ejus est membranosa in duas tunicas discrete, dividitur in fundum & cervicem. Fundus inferiora respicit, cervix superiora. Tota cystis interdum lapidescit, quod testatur *Fernelius* L. 6. sympt. c. 5. qui in decrepiti cujusdam senis cadavere loco vesiculae felleæ lapidem invenit. In Pononia olim innumeri boyes q. exortā quadam peste interierunt;

in